

supra in historia Abrahami, cap. 23. v. 16. *Ibi sepultus est auus & auia mea, pater & mater mea, ibi & Leah vxor mea*: de cuius morte, sicut & de Rebecca nihil prius dixerat Moses. Rachelem sepeliuerat in via Ephrath seu Bethlehem, cap. 35. 19. In hoc sacratissimo cœmeterio cupit aggregari patribus suis. Cur quæso? nisi ut & promissam gratiam, fidem, & spem resurrectionis atque beatæ immortalitatis cum istis sibi communem esse testatum faciat. De more & honore sepul-

turæ supra etiam dictum. Vetus est, & fluxit à sanctis patribus ad alias gentes, quæ semper honestum duxerunt, mortuos terra condere, etsi causas ignorant. Nos vero tres causas ex verbo Dei tenemus. 1. est mandatum Dei: *In terram reuerteris*. 2. Quies defunctorum: *Requiescunt in cubilibus suis*, Iesa. 56. 3. Spes resurrectionis, quæ erit mortuorum quædam regerminatio & regeneratio, 1. Cor. 15. Iohan. 12. 24.

ALTERA PARS CAPITIS.

Mors Patriarchæ.

33 *Et cum finiisset Iacob precipere filiis suis, collegit pedes suos super lectum, & obiit: & aggregatus est ad patres suos,*

EXPLANATIO.

33. **C**VM QVE FINEM FECISSET. B Tria adduntur hac clausula: 1. quod Patriarcha dispositione testamentaria finita, pedes collegerit in lectulo, quasi ad optatum somnum sese componens. Videtur enim hæctenus in lectulo erectus sedisse honoris causa propter Iosephum. 2. quod illico placide expirauerit. Est enim *in* placide & absq; cruciatu lōgo leniter expirare. 3. quod aggregatus sit populis suis. Placida igitur mors & vera *deus* sanctissimi Patriarchæ indicatur. Talis est mors pi-
orum: optata emigratio ad Dominum, cui spiritum suum, tanquam fideli conditori placide recommendant, & cum Christo in manus tradunt: quia certi sunt, in cœlis paratam sibi esse æternæ felicitatis quietem per Christum Mediatorem. Cum dicitur aggregatus ad populos seu patres suos, status animæ post mortem indicari videtur quietis, & bea-

tus cum sanctis patribus. Nec iam disputo, an phrasis ista Hebræis nihil aliud sonet, quam mortem obire, seu deserere statum viuentium, & transire ad statum defunctorum: cum eadē phrasis etiam de Ismaele ibid. v. 17. reperiatur: nisi forte sic Ismaelis resipiscētiam indicare voluit Moses. Quod si est, sane de morientium dissimili cōditione monemur. Diuidit enim Scriptura, & facit duos populos, ad quorum vnum aggregati sunt sancti patres, nuncq; omnes pii morientes in Domino colliguntur. Hic est populus electorum, Ecclesia primogenitorum, cœlestis Hierosolyma, Hebr. 12. Ad alterum aggregantur impii sine fide & pœnitentia decedētes. Hic est populus reprobōrū, quibus paratus est ignis æternus cum Diabolo & angelis eius, Matth. 25. De limbo autem, quæ Lyra & Papistæ hic fabulantur, à fide & charitate aliena sunt.

CAPITIS L.

Argumentum, Vsus, Partitio, Analysis.

Describitur extremo hoc capite finis Iacobi: reconciliatio fratrum cum Iosepho, tandem Iosephi mors & sepultura. Apparatus & pompa funebris testatur, corpora sanctorum honorifice
et. a. 1. 43.

PRI

Tacitudo Ioseph
Iosephus Ioseph
medius israel.

is completi sunt ei q
matibus: & fle
Cana transiissent d
vni gratiam m
Tertio meo adit an
Cana sepeliret

Et dicit Pharaon: A
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph

Et dicit Pharaon: A
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph

Pharaon Ioseph
Iosephus Ioseph